SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA
Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 11r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



. l .

Qui darium Regem habentem tricenta milia militum
debellauit et suo Imperio omnem terram subiecit
Item quanta fuit potencia Romani Imperij Que
omne regnum confregit omnem mundi gloriam si
bi scrauit Ad omnes angulos terre gladium sue u-
tutis induxit. Item quanta est uirtus dyaboli cui
nulla harum uirtutum comparari potest. Non est enim uirtus
super terram que ei ualeat comparari. Unde deo permittente
subuertere potest castra et ciuitates. Ita facere ui-
deatur operaciones mirabiles. Item quanta est uirtus
boni angeli si enim tanta est mali. Quis potest dig-
ne exprimere quanta dignitas angelica est que celum
corpus tam magnum absque omni labore sic uniformiter
mouet ergo si tanta uirtus creata est Quanta diuina uirtus
erit que a se creatis tantam potenciam intulit. Nul-
la enim uirtus tanta est que non in momento deficeret
et in nihilum redigeret si increata uirtus eam non
in esse seruaret. Sicut nullum est membrum in corpore
quod a motu non cesset corde desinente influere.
Numquid poterit arbor uiuere flores folia fructus addu-
cere Si fomentum non recepit a Radice Numquid
palmes poterit uuas afferre Si non recipiat nutri-
mentum a uite. Est igitur deus noster summe omnipo-
tencie quam probat sensum nostro infirmo et uaio
s. diuinarum operum magnitudo. Cum enim inter nihil
et aliquid infinita distancia sit Omnis autem crea-
ta potencia si esset in unum conflata cum semper esset finita
eo quod ex finitis potenciis numquam componi possit infini-
tas non possit super infinitam distanciam et de nihilo
producere non posset minimam creaturam ergo apud
te considera quam sit in mensa illa potencia que corpatam
per maximam tam elementaria quam celestia necnon et
spiritualem naturam de nihilo sola uoluntate accedente
perduxit ad esse. Quis enim exprimat digne latitu-
dinem terre simul et aque. Quis sufficienter di-
cere poterit que sit magnitudo aeris siue ignis de